

Questiones tercii de Anima

Postq̃ Aresto. determiauit de intellcũ possibili ponẽdo eius ꝓditões ꝛ dicẽdo. quõ diuersimõe reducit ō poña ad actũ. h̄ determiat de intellcũ agẽte. Et ꝓmo ponit necitatẽ ponẽdi itellcm̃ agentẽ. Secõdo ponit ꝓditiones et⁹. ꝓmo g̃ pbat q̃ necẽ est ponere itellcm̃ agẽtẽ ꝛ h̄ sic. In q̃cũq̃ natura iuenit aliq̃d qđ ẽ omnia posse fieri ibi et⁹ iuenit qđ oia ꝑt facere. ſz in aia rōnali iuenit aliquid qđ ꝑt omnia fieri ſcz itellcũs possibil'. g̃ etiã erit aliq̃d qđ ꝑt oia facere. ꝛ h̄ est itellcũs agẽs. q̃ facit potẽtia itelligibilia actu itelligibilia. g̃ necẽ ẽ ponere itellectũ agentẽ. Et addit notatõez ipi⁹ itellect⁹ ponẽdo tria noia dicẽs. q̃ vocat ars hīt⁹ ꝛ lumẽ. q̃ sicut ars disponit matiã ad h̄ q̃ forma itroducat' ita itellcũs agens dispoit fantasmata vt recipiant in itellcm̃ possibilem. Vocat em̃ hīt⁹ q̃ ẽ aliq̃d ꝑfectũ in ordie ad intellectũ possibilẽ q̃ est in poña. ſz ꝑfcã ẽtitas ꝓpata ad ipfectaz hz se vt hīt⁹ ad ꝑuatõez. Vocat etiã lumẽ q̃ sic lumẽ facit ad h̄ q̃ colores diffũdãt ad ꝑfuz vi⁹. ita itellcũs agẽs facit ad h̄ vt fãtasma diffũdãt ad itellcz possibilẽ

Querit q̃ sit rō maioz ſ rōis p̃dcẽ ad pbãdũ q̃ necẽ est ponere intellcm̃ agentẽ Dom q̃ rō maioz ſ ẽ. da cuilibz poñe passiue naturali cozrñdẽt sua poña actiua natural'. Cui⁹ rō ẽ. q̃ nisi sic tũc tal' poña passiua esset frustra. q̃ illa dr poña passiua natural' q̃ p agẽs naturale ꝑt duci ad actũ. si g̃ nõ h̄et poña natural' poñaz actiuã naturalẽ sibi cozrñdentẽ. g̃ tal' poña passiua nat'al' nõ possz duci ad actũ qđ ẽ ipossibile. q̃ de⁹ ꝛ natura nihil faciũt frustra. ꝛ sic poña passiua nat'al'ñ ꝑt eẽ frustra

Arguit deus ꝑt p'a facere eꝯ iste res inferiores ꝑñt recipe. g̃ nõ cozrñdẽt ad iuicẽ poña actia ꝛ potẽtia passiua Dom q̃ ista regl'a nõ ꝓuertit ſcz q̃ potẽtie actiue cozrñdeat sua poña passiua. ꝛ rō diuersitatis est q̃ poña passiua ſm q̃ hmõi nõ ꝑt subsistere sine actu sicut nec matia sine foza. ꝛ ideo poña passiua ẽ frustra q̃ nõ hz poñaz actiuã sibi cozrñdẽtez. ſz poña actia hz de se subsistẽtiã ꝛ pfectõem absq̃ poña passiua ꝛ absq̃ actõe

Arguit videt q̃ ista regl'a nõ sit ꝑa. q̃ aliq̃d est in poña passiua naturali. ꝛ tñ nõ hz poñam actiam naturalẽ sibi cozrñdentẽ. vt aia rōnal' hz poñam passiuã naturalem. sed non habet potentiam actiuaz naturalem q̃ potentia dei. ꝓducẽs aiam nõ est potentia actia natural'. Dom q̃ dupl'r ẽ poña. q̃dã est poña ꝓpie naturat'. ꝛ sic aia nõ hz passiuã poñam ad ꝓduci. q̃ non ꝑt ꝓduci p agẽs naturale. Alia ẽ poña obedictial' q̃ suimit p ordinẽ ad poñam actiuã supnaturalẽ. ſ. diuinaz cui oia obediũt. ꝛ sic aia hz poñam passiuaz ad ꝓduci Illa em̃ q̃ creant nõ cadũt sub potẽtia naturali

Arguit cõtra miorẽ. aia nõ hz aliq̃d in se. qđ ẽ oia in fieri. q̃ intellcũs possibil' in aia nõ ꝑt fieri terra nec̃ lignũ ꝛ sic de alijs Dom q̃ dupl'r dr aliq̃d fieri. vno⁹ ſm eẽ naturale. sicut vnũ elementũ fit ex alio p gñatõez et sic aia p intellectũ possibilẽ nõ ꝑt fieri oia. q̃ tũc non maneret in sua natura. Alio⁹ dr aliq̃d fieri ſm eẽ ꝓpoꝛcõis ſm q̃ dicim⁹ q̃ ꝑfus sit oia ꝑfibilia. q̃ in se habere ꝑt spẽs oim rez sensibiliũ. ꝛ sic aia p intellcm̃ possibilẽ ꝑt fieri oia. q̃ ꝑt in se recipe silitudines oim rerum materialiũ. q̃ sunt ꝓpe intelligibiles a nob. Et hoc est qđ dicit Aresto. inferius q̃ aia est quodãmõ oia. q̃ in se habz silitudines oim rerum

Arguit aima nõ ꝑt in se suscipe spẽs rez imatial'ium. g̃ aia nõ ꝑt fieri oia ſm eẽ ſpũale siue ꝓporcõis. Dom q̃ ibi oĩe distribuit in determinato gñe. ſcz rerũ materialium. q̃ intellectus possibil' est in potẽtia ad recipiendũ oĩs spẽs rez materialiũ. ꝛ intellcũs agens est potẽs agere seu facere oia matialia. q̃ sunt potentia intelligibilia actu intelligibilia. nõ ꝓducendo ea de nõ eẽ ad eẽ. sed faciẽdo ea actu intelligibilia. Ex empli grã. hõ in ſorte. ꝛ ſortes nõ ſ intelligibilia' ꝓpter materialitatem. g̃ opz q̃ depurent fantasmata vt recipiant spẽs itelligibiles in intellectũ possibilẽ Sicut g̃ intellect⁹ possibil' est in poña naturali ad recipiendum istas spẽs intelligibiles ita intellectus agẽs hz potentia actiuã ad faciendũ spẽs intelligiles

Arguit intelligibilia sunt actu a ꝑte rei. g̃ nõ opz q̃ fiãt actu itelligibilia ꝑ itellcm̃. pbat'. q̃ hõ ꝛ azin⁹ et cetera itelligibilia sſ a ꝑte rei Dom q̃ dupl'r est itelligibile vnũ in poña. ꝛ aliũ in actu qđ ſcz est depuratũ a matia. Dom est g̃ q̃ intelligibile in poña ẽ bñ a ꝑte rei. sed nõ intelligibile in actu. fit em̃ intelligibile in actu per intellectũ agentẽ

Arguit sensibile est actu a ꝑte rei. g̃ et⁹ itelligibile Dom q̃ nõ est sile. q̃ ꝑsibilia sſ oino vni⁹ nature put sſ a ꝑte rei ꝛ in sensu q̃uis habeãt aliũ modũ. Sz intelligibile ſm q̃ ẽ subiectie in itellcũ hz oino aliã naturã q̃ est a ꝑte rei. ꝛ q̃ est apd itellcm̃. q̃ spẽs itelligibil' ſm quã intelligibile est in intellectu est oĩno ĩmaterialis. ꝛ ideo nõ potest habere eandẽ naturã cũ re intelligibili materiali. Et ista est causa q̃re nõ oportet ponere sensum agentem sicut intellectũ agentẽ

Querit quot sunt opationes intellectus agentis Dom q̃ due. quarum ꝓma est abstrahere species intelligibiles a fantasmatibus. Secunda est illuminare species formatas per intellectum agentem. ꝛ recepꝛtas in intellectum possibilem

Arguit contra ꝓmam opationem. si intellectus abstrahit spẽm intelligibilem a fantasmatibus cum illa spẽs sit imaterial' nõ videt posse ꝓduci. nisi q̃ creatione ad quã nõ potest ptingere intellectus agẽs Dom q̃ ista locutio nõ est intelligendo q̃si intellect⁹ agẽs crearet spẽs intelligibiles in itellcũ possibili. sed diffundunt spẽs a fantasmatib⁹ ad itellcm̃ possibilem mediãte luĩe intellcũali qđ ẽ intellcũs agens Et si dicat' materiale nõ potest de se diffundere imatiale. sed fãtasmata sunt matialia. g̃ nõ ꝑñt de se diffũdere spẽs immateriales. Dom q̃ matiale nõ ꝑt de se diffundere ĩmatiale. nisi grã alic⁹ agẽtis imatial'. Per h̄ g̃ dom q̃ q̃uz fantasmata sſ matialia id ẽ hñtia ꝓditões materie saltẽ matheatice. tñ itellcũs agẽs illuians fantasmata facit resultare vnã spẽm imatialẽ ad itellcm̃ possibilẽ ꝛ h̄ ẽ abstrahere. ꝛ ideo itellcũs agẽs reqrit' ꝓpt fantasmata. vt scz fantasmata illustrẽtur ad hoc vt de se diffũdant spẽs intelligibiles. Et sic pz q̃ nõ ẽ eadẽ spẽs cies siue ſm numez. siue ſm spẽm q̃ ẽ in fantasmatibus ĩ intellcũ cũ vna sit matial' ꝛ alia imatial'. Rõ scdm opõis est q̃ nisi intellcũs agẽs ꝓnue illumiaret spẽs exñtes in intellcũ possibili tũc redirẽt ad matialitatez q̃ vnumq̃ q̃ natural' redit ad suã originem. vt ergo maneat in illa immaterialitate necesse est continue intellectum agentem illas species illuminare. Et quo patet q̃ intellectus agens illuminat fantasmata ꝛ intellectum possibilem. Illuminat em̃ fantasmata antecedenter abstrahendo species a fantasmatibus. et illuminat intellectum possibilem vt referuntur in ipso species intelligibiles.

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iii-85/0128
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG